

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmando ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

2. Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc vinemus in illo?

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

Argumentum Cap. VI.

DOCEAT hoc capite Apostolus, nō sic gratiam abundasse, & omnia delicta condonasse, vt iustificatus per gratiā Christi, ad æternā perueniat salutem absq; displicentia veteris vitæ, & absq; bonis operibus nouæ vitæ. Effectū quippe gratiæ & iustitiae Christi hunc esse copiosius docet, nō quod sanctificatione Christi apprehēdamus, vt Calvinus affirmat, sed quod liberet nos à seruitute & dominio peccati, vt in nouitate vite ambulātes, sic demum per unius Christi iustitiā multi iustificantur, id est, iusti constituantur. Sic nostri téporis solam iustificatē fidem & imputatam iustitiam hoc caput singulariter evertit: quod loca à nobis cōtra Calvini corruptelas excussa luculēter docebunt,

2. *Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo?*

ANTE omnia docere Apostolus vult, per abundantem Christi gratiam non id effici ut maneamus in peccato, perpetuam à Christi gratia remissionē peccati ex pectātes, peccati, inquam, adhuc (quoad consensum ipsum & actum) dominantis & regnantis in nobis (quæ ipsissima est hæreticorum hodie sententia; vt partim ex ijs quæ Calvinus & Beza dixerunt, partim ex ijs quæ hoc & sequenti capite dicturi sunt, manifestū fit) sed

V 4 con-

contraria, ut per Christi gratiam mortui peccato, nunquam amplius viuamus in illo. *M*enius porro peccato (ait ipse) met hoc loco *B*ea ab Apostolo dicitur; quisquis virtutis Christi p*recepit* ita est factus, ut *natiua illa corruptio* se emortua, id est, vigore illo suo. (qui translatione peccati dicitur) extincto, fructus illos amassare non edat. *C*ontra vero viuere dicitur peccato & iniustiae, quisquis est in carne: id est, quemque Spiritus Dei a nativa corruptionis seruitus afferuit. *H*ec ille. Nec dissimiliter Calvini *T*oto (inquit) hoc capire differet Apostolus, *p*ram eorum Christum discerpere, qui gratiam amicorum iustitiam nobis donari singunt absque vita nostra. *E*t paulo post: *Sic res habet*; nunquam sine regenerationis dono reconciliari Deo fideles: *m*hunc finem nos iustificari, ut deinde vita nostra Deum colamus. Nec vero Christus alter susceptione Deum reddit nobis propitium, quam dum facit Spiritus sui participes, qui nos in sanctam vitam reouat. *H*ec omnia Calvinus placet. *H*ec aduersariorum confessio, quia explicationem adferit Pauliniæ disputationi protocollo conformem. Ex ea vero consequitur, quod Christi hunc esse effectum, ut vita ac vigore peccati in nobis emortuo atque extinto non iam amplius illi viuamus, sed ab eius seruitute ac dominio liberemur. Quod constituto, sequitur, interiorem hominem instrum ita reouari, ut iam Deo viuimus, ideoque noua iustitia induatur,

Gratiae
Christi
effectus
ab aduer-
sariis ag-
nitus.

Deo placeat, vitamque æternam conse-
quatur, ut ex Paulo postea perspicuum fiet.

3. *Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in
mortem ipsius baptizati sumus. 4. Conseptuli igitur
sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quo-
modo Christus surrexit a mortuis per gloriam
Patris, ita & nos in nouitate vite ambulemus.*

Docere Apostolus vult cur & quomodo
mortui sumus peccato, ut non iam am-
plius viuamus in illo. Probat autem illud
ab effectu baptismi nostri. In ipso enim bap-
tismo in mortem Christi baptizati sumus: id est,
ut seq. versu exponit, *consepulti sumus cum
Christo per baptismum in mortem quandam, pec-
cati videlicet, & ut proximè seq. versu ma-
gis seipsum exponit, complantati seu coinsiti
sumus similitudini mortis eius, id est, per mor-
tem peccati ex parte nostra in baptismō si-
militudinem quandā mortis Christi expre-
simus; idque ita ad viuum expressimus, vt
huic similitudini quasi coinsiti cum Christo
sumus, vt morti peccati quasi truncō vitali
pariter cum Christo insiti, non secus moria-
mur peccato, quam ille mortuus est semel
carni & mundo. *In situ* (ait Caluinus) non
exempli tantum conformitatem designat, sed arca-
nam coniunctionem per quam cum ipso coauimus,
ut nos spiritu suo vegetans, eius virtutem in nos
transfundat. Hæc imputatiuam iustitiam de-
struunt, quæ non Christi spiritu vegetari,*

V 5 sed